

Signa iactantiae preclare describuntur.

Singularitas superbie filie

Indicia arrogantiae et presumptionis.

Bernar. Sunt in signis leuitas: in fronte hilaritas: in incessu vanitas: in ioco facilitas: et in risu punitas. **Quartus** est iactantia de hoc bernardus sic loquitur: Esurrit et sitit auditores quibus suas iactet vanitates: inuenta autem occasione loquendi: si sermo de litteris exoritur vetera proferunt et noua: volant sine: verba resonant ampulosa: preuenit interrogantem: non querenti respondet: ipse querit: ipse soluit: et verba collocutoris imperfecta prescindit. Si de religione agitur: statim visiones et somnia proferuntur. Laudat ieiunia: commendat vigiliis: super omnia orationes exultat. De patientia de humilitate de ceteris virtutibus plenissime disputat: ut si audieris dicas: ex abundantia cordis os loquitur. Si ad lubrica sermo conuertit in his quanto assuetior tanto loquacior inuenit: ut dicas si audias os eius riuum esse vanitatis: fluuium scurrilitatis: ut seueros quosque et graues aios in leuitate concitet risus. **Quintus** est singularitas de quo bernardus sic inquit: Turpe enim est ei qui se supra ceteros iactat si non plus ceteris aliquid agat pro quod ultra ceteros appareat: ut dicere valeat. Non sum sicut ceteri hominum: non tamen melior esse studet: sed videri: plus sibi blanditur de vno ieiunio quam ceteris prandebus facit quam si cum ceteris septem dies ieiunauerit commodior sibi videtur vna orationum peculiaris: quam tota psalmodia vnius noctis. **Sextus** est arrogancia: de quo bernardus sic loquitur: Cum autem ex his que singulariter sed inaniter agit apud simpliciores eius opinio excreuerit vni miserum beatificat ipsum in errorem inducit. Credit namque quod audit: et quod intendat non attendit: obliuiscitur intentionem dum amplectitur opinionem: qui licet de omni alia re plus credat sibi quam alijs: tamen de se solo plus alijs quam sibi ut iam non verbotenus aut sola opere ostentatione sua preferat religionem: sed intimo cordis credat affectu se omnibus sanctioribus et quicquid de se laudatum agnouerit: non ignorantie aut beniuolentie laudatoris sed suis meritis arroganter ascribet. **Septimus** est presumptio: qui in hoc gradu est ut dicit bernardus plures de se quam de alijs presumit: primum in conuentibus residet: in consilijs primus residet: non vocatus accedit: non missus se in

tromittit: reordinat ordinata: reficit facta quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit non rite factum non recte existimat ordinatum: iudicantes iudicat: iudicaturus iudicat: si cum tempus aduenerit non promouetur ad prioratum: abbatem suum aut inuidum iudicat aut deceptum. Si autem aliqua mediocris obedientia ei iniungatur: indignatur: aspernatur: arbitrans se non in minoribus occupandum qui se ad maiora sentit idoneum. **Octauus** est defensio peccati de quo bernardus. Si argutus fuerit: declinare cor eius videris in verba malicie in octauum gradum qui dicit defensio peccatorum: noueris incurrisse. Multis enim modis fiunt excusationes a peccatis. aut enim dicit qui se excusat non feci: aut si feci bene feci: aut si male feci non multum male feci: aut si multum male feci non mala intentio est. Si autem de illa sicut adam vel eua conuincitur: aliena suasionem excusare se nititur. **Nonus** est simulata confessio que vti quod multo periculosior est fallax et superba confessio quam etiam obstinata defensio. de quo bernardus ita dicit. Sunt nonnulli cum de apertioribus arguuntur scientes quod si se defenderent non sibi crederet: subtilius inueniunt argumentum defensionis verba respondentem dolose confessionis. Et quippe qui nequiter se humiliat: vultus demittitur: corpus prosternit: aliquas sibi lacrymas extorquet: si possunt verba gemitibus voce suspirijs interrumpunt: sed simulatio ista cito deprehendit. Vasa enim figula probat fornax et tribulatio conscientiam vere penitentis discernit. Nam qui veraciter penitet laborem penitentiae non exhorret: sed quicquid sibi pro culpa quam odit iniungit patienter amplectitur. Cuius vero simulata confessio est vna vel leui contumelia aut exigua pena interrogatus iam humilitatem simulare: iam simulata dissimulare non potest: murmurat fremdet et irascitur: ac per hoc in decimum gradum superbie corruisse probatur. **Decimus** est rebellio. de quo bernardus ita loquitur. Frontosus mox et impudens factus tanto deterius quanto desperatius in rebellionem corruit: qui prius latenter arrogans fratres contempserat: iam patenter inobediens etiam magistrum contempnit. **Undecimus** gradus est libertas peccan

Mala excusatio.

Periculosa confessio.

Diobatio vere confessionis et penitentiae.